



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Syracvsano Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

bus inclytæ recordationis Constanciæ Imperatrici nos scribere postulaſtiſ, ipsa ſublata de medio votum vestrūm non potuimus adimplere. Datum Laterani Nonis Ianuarij.

SYRACVSANO EPISCOPO.

Epiſt. 509.
Vt pullulant
hæreses extit-
pare conetur.

Vergente jam in ſenium ſeculo, & ſupercreſcente malitia temporis, friget caritas, & in agro evangelici patrifamilias zizania pullulant, & polluant melleſ trito rareſcente, ac vulpeſ parvulae jam in aperto præſumunt vineam Domini demoliri. Ecce etenim hæreses antiquæ fuſcitantur, ac innovatiſ veteribus, novi adinveniuntur erroreſ, & fidem catholicam pravi nituntur interpreteſ depravare; non ſe conformanteſ legi divinæ, ſed in favorem propriæ perverſatiſ doctrinam evangeli- cam, prophetica- & apostolica- per- vertenteſ; ita ut noviſſimi dies videantur instare, ſecundūm Apoſtolum, qui in noviſſimi diebus mente prophetica talia prævidens eventura, cùm multa de hujusmodi prædiſiſſet, adjecit: *Quemadmodum autem Iannes & Mambres reſtituerunt Moſe, ita & hi reſiſtent veritati; homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Vtinam autem, ſicut ipſe ſubjunxit, non proficiant ultra, ſed inſipientia eorum, ſicut & illorum, ſiat omnibus manifeſta. Aliud etiam inconveniens ſpecialiter in Sicilia partibus dicitur evenire, cùm hi qui olim ex abnegato gentilitatis errore ſacri baptiſmatis unda renati, fidem catholicam receperunt, nunc abeunteſ retro, & ad vomitum redeunteſ, priftinæ involvuntur errorib⁹, & Christianæ fidei, quam profeffi fuerant, immo Christo potiūs adverſantur. Cùm autem ad capienda hujusmodi vulpeſ parvulae, ſpecies quidem habenteſ diversa, ſed caudas adinvicem colligataſ, quia de vanitate conveniunt in idipſum, Salomon nos inducat in Canticoſ cantico- rum, ne mutiſ canibus latrare non valen- tibus comparemuſ, aut deformitatem vinea Domini Sabaoth, ad quam etiſ in hora ferè undecima, ſumus tamen inter operarioſ, immo potiūs in operarioſ magiſterio deputati, negligere videameſ, vel ſub diſſimulatione tranſire, fraterni- tati tuę per apoftolica ſcripta manda- muſ atque præcipiuſ quatenus ob timorem Domini & reverentiam apofto- licæ ſediſ contra hæreticoſ, tanquam fi-

dei Christiane zelator, affurgas; & ſi apud eos monitiſ obtinere non poteris ut redeant ad Eccleſiæ unitatem, iſpos, fau- tores, defenſores, & receptatores eoruſ, pulſatiſ campaniſ, candelis accenſiſ, per totam dioceſim in qua fuerint, immo etiam per totam provinciam, ſinguliſ die- buſ dominiciſ & festiviſ excommunica- toſ publice nuntiaſ faciaſ, & bona co- ruſ à Principibuſ publicari. Ad hec, quia oblatum exigit, quod non exegerat of- ferendum, nec impune conceditur cui- quam à fide catholica reſiliere, volumuſ, & ſub eadem tibi diſtrićtione mandamuſ, ut eos qui poſt fuſcepturn ſanctificatio- niſ lavacrum redire ad rituſ Sarra- ceni- coſ præſumpferunt, ut a ſuo revertantur errore, & catholicam fidem obſeruent, frequenteſ ac diligenteſ exhortatione præ- miſſa, & per te iſpluſ quacunque poteris diſtrićtione compellaſ, & compelli fa- ciās per Princepeſ ſeculares. Datum ut ſupra.

S. COLOCEN. ARCHIEPISCOPO
V. Geurien. & D. Zagabrien.
Episcopis.

AD noſtrā noveriſ audientiam perveniſſe quod cùm omnes com- municanteſ in aliquo A. fratri cariſſimi in Christo filij noſtri Vngaroruſ Regiſ illuſtriſ, qui ſciſiſ vel literaſ ſibi di- ri- gerent, aut ab eis recipereſ destina- ta, vel eidem aliquod confiſſum vel auxiliu- exhi- berent, vel ei in aliquo communica- re præſumerent, de mandato bona me- moria Celeſtini Pa- pa prædeceſſori noſtri excommunicatione fuerint vinclu- innodati, N. & A. poſt excommunicationem & inhibitionem apoftolica- em ei- dem communicare ſcienter, conſilium & auxiliu- imperti- & divina præſum- pferunt etiam celebra- re. Vnde propter hoc in Hydruntin. & Spalatin. Archi- episcopos, quamvis & illi excommunicationi ſubjaceant, ab eodem, loco re- munerationiſ, contra juris ordinem in regiæ dignitatiſ præjudiciuſ ſunt pro- moti. Quia vero tantæ præſumptioniſ audaciā in injuriā Dei & contem- ptuſ ſediſ apoftolicae atten- tam, im- punitam relinquerē non poſſu- nec debemuſ, fraternitatē vestrā per apofto- lica ſcripta diſtrićtē præcipiendo manda- muſ quatenus ſuper præmiſſi inquiren- teſ diligentiūs veritatem, ſi rem ita no- veriſ ſe habere, præfatoſ N. & A. eo-

Epiſt. 510.
Caiſſare el-
lio Archie-
pocoſum Hy-
druntin. & Spal-
atin.